



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 10. Mors Andronici. Joannes Palæologus Imperator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV. A.C. 1341. tes ad silentium adstringere, ac reconciliare voluit. Sed rem non procedere videns, 11 Junii anno 1341 sinebat in S. Sophiæ templo haberi concilium: cui præsidebat cum Patriarcha Joanne, Episcopis, Senatoribus, multisque Viris in dignitate positis. Barlaam ut actor loqui prior jussus; nec nisi lumen in Thabore ac precatio tractata; & ille in utraque materia damnatus est: quod moleste ferens se submovit, atque in Italiam rediit.

§. X.

Mors Andronici. Joannes Palæologus Imperator.

Andronicus jam male habens huic concilio ægre interfuit: & ibi tanta cum vehementia dixit, ut aucto hinc morbo quatruido post extinqueretur, nimirum die Veneris 15 Junii anno secundum Græcos 6849, secundum nos 1341: vixerat annos quadraginta quinque; regnaverat duodecim. Is fuit exitus Andronici Palæologi Junioris. Duos filiolos, Joannem annos novem natum, & Michaëlem quadrimum, Imperatrici Annæ ipsorum matri educandos reliquit.

Tum Patriarcha Joannes Aprius ad rerum administrationem aspirabat ob scriptum

N. Greg.
l. 12. c. 2.

n. 5.

scriptum Imperatoris Andronici quondam bellum adituri manu confectum & imperans, ut cum præsens sibi Episcopis curam Imperatricis conjugis ac liberorum ejus gereret. Æquum enim, aiebat Aprius, & opus est Ecclesiam Imperio, velut animam corpori conjunctam esse.

At Magnus Domesticus Joannes Cantacuzenus contendebat, ætatis tenellæ Principum tutelam curamque Imperii ad se pertinere. Nemo ignorat, inquiebat, Imperatorem mihi permagnam negotiorum partem commisisse, tantamque in me posuisse fiduciam, ut mihi ornamenta dedisset imperatoria, si voluissem accipere, ac secum regnare me jussisset. Imperatrix Anna testabitur eum sæpius postulasse, ut post suam mortem res familiæ suæ ac Imperii curarem. Scriptum, quod Patriarcha nunc exhibet, erat cautio ad tempus adhibita, ut aliquis auctoritate præditus Constantinopoli superesset interea, dum militiam cum Imperatore sequeretur. Patriarcha tum quidem vincebat, manebatque apud Imperatricem, ut consiliis eam juvaret suis. Cantacuzenus tamen neutiquam cedens jure suo potentes habebat partes: seque retroactum cernens pro sua securitate assumenda sibi ornamenta censuit imperatoria: ut fecit die S. Demetrii 26 Octobris. Sed

L 1 5 volebat

Sæcul. XIV.

A. C. 1341.

Cantac. l. 3.

Nic. c. 3.

c. 4.

c. 12.

Cantac. l. 3.

c. 27.

Sæcul. XIV. volebat tantum esse Collega & defensor
A. C. 1341. parvuli Imperatoris Joannis.

Nic. c. 12. Patriarcha re comperta efferbuit in
n. 4. Cantacuzenum, aperte dicens hanc per
 actionem patere diu velatum ejus ani-
 mum occupandi clavum Imperii: atque
 ut suæ pusilli Principis tutelæ authorita-
 tem adjungeret, eum coronare statuit.
c. 13. Nec festum pro more diem expectabat:
Cant. l. 3. sed præpropera festinatione illi coronam
c. 36. imposuit 19 Nov. 1341.

§. XI.

Errores Armenorum.

Rayn. 1341. Rex Armeniæ Leo ethnicorum ex vi-
n. 49. cinia suum in regnum identidem in-
Vading. cursantium violentia fatigatus, duos
eod. n. 1. ad Papam Benedictum Legatos misit:
 quorum prior erat Daniel ex Ordine Mi-
 norum, Ministri Generalis per Armeniam
 Vicarius, & ibi natus. Opem poscenti-
 bus Papa respondit: Cum dolore audi-
 vimus, in majore minoreque Armenia
 permultos esse, qui erroribus contra fi-
 dem teneantur, eosque doceant. Si re-
 latio esset vera: decenter haud possemus
 Armenis succurrere. Rei enodandæ
 gratia, & ut nostro muneri fieret satis,
 instituendam curavimus inquisitionem
 judicariam: auditi testes plurimi: mon-
 strati